



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Secvnda Pars Quae ad Officiales Seminarij pertinent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Vestes exteriores duæ lanæ, violacei altera, altera nigri coloris.

Interiores item duæ, quarû altera hyemis tempore, altera æstate deferatur.

Illa è panno laneo crassiori, hæc è subtiliori (vulgò sarza appellat) sit confecta.

Epitogium, seu vestis domestica, iuxta præscriptam formam.

Pallium, quod ferrarolum appellant.

Pileus ad formam, & birretum, cuius interior pars nigri tantum sit coloris.

Cingulum, quod nec sericum sit, nec reticulatum, sicut neque vincula tibi alium.

Sex ad minimum indusia, quorum collaria, nec crispata sint, nec vlllo artificio elaborata.

Manutergia duo, aut tria: Sudariola tot, quot opus fuerint.

Conciones alicuius probati auctoris, & liber aliquis de rebus spiritualibus conscriptus; prout superiori videbitur; ac ij præterea omnes, quibus in gymnasio necessariò vti debent.

Lectus, capsa, scrinium maius, & minus, scabellum iuxta formam Seminarij, Culcitra stramentitia, Anaclinterium, lintea, lodices ad vsum, tum hyemalis temporis, tum æstiu, ad formam Seminarij.

De fideiussore dando ab ijs, qui Seminarium ingrediuntur, ac testimonio ætatis exhibendo.

Cap. X.

Nvllus in Seminarium recipiatur, nisi prius idoneum fideiussorem dederit; qui pro eo spondeat, non solum quoad repræsentationem pecuniarum singulis sex mensibus, quas pro victu soluere debet; sed etiam vestitu iuxta Seminarij constitutiones: Et qui, si Clericus è Seminario sine facultate Reverendissimi Archiepiscopi discesserit, aut propter improbitatem, aliamve eiusmodi causam expulsus fuerit; in his omnibus, & singulis, alijsque in formula cautionis cõsuetæ præscriptis, si quid horum contigerit, teneatur pro victu soluere, quæcunque eo nomine Reverendissimus Archiepiscopus, aut eius

Vicarius iusserit, pro eo tempore uniuerso, quo in Seminario commoratus fuerit.

Fideiussores ne accipiãtur, nisi domiciliũ in Ciuitate habeant, & ad præscriptam formã approbati, & collaudati.

Omnes ætatis, & natalium testificationes scriptas, ac illius iudicio, qui à nobis constitutus fuerit, probatas afferant; quas nisi eiusdem subscriptione signatas exhibeant, ne recipiantur.

In ætate Clericorum exscribenda, notetur expressè dies, mensis, annus, quo quisq; natus fuerit, hoc modo.

Natus die mense & anno

vt constat ex processu approbato: quò possit facile, quotiescunque opus sit, subducta ratione, haberi ætas vniuscuiusque.

Poterit tamen hæc diligentia prætermitti, si ex libris Matrimoniorum, & Baptismorum testimonium probatum extet: ex quibus describatur ad verbũ exemplum verborum, quibus testatum sit, Matrimonium inter parentes eius, qui recipiendus est, contractum esse, & insuper diei quò quis talis baptizatus est; quo eum ex legitimis nuptijs esse procreatum probetur, ac eius ætas inuestigetur.

SECUNDA PARS.

Quæ ad Officiales Seminarij pertinent.

De Officialibus in genere. Cap. I.

Seminarij Officiales, alij Ecclesiastici, Laici alij esse debebunt; qui cum omnes vitæ integritate conspicui, tum præsertim Ecclesiastici, vita, & moribus probati sint, & in his quæ eorum muneris sunt, exercitati: qui, si fieri possit, omnes ex Oblatorum Congregatione deligantur, ac potissimum Rector eiusdem omnino sit congregationis.

Rector igitur præ cæteris sit ætate prouectus, auctoritate grauis, spectata probitate, ab omni onere residendi solutus, peritus disciplinæ clericalis, ac eius præcipuè, quæ ad Seminarium

Fff spectat;

spectat; maximeq; expediret, vt ex eorum numero deligeretur, qui olim in Seminario fuerint instituti; atque Ecclesiasticæ Disciplinæ retinens, ac studiosus; & in ijs sit intelligens rebus, quæ sunt temporalis administrationis; omnium primus, eiq; ceteri cuiuscunque ordinis, tam qui in Seminario præcipuo, quam qui in alijs degunt, in functione munerum suorum, ac in omnibus profusis rebus, quæ ad Seminarij referuntur vtilitatem, obtemperare teneantur.

Minister, qui Rectoris vices gerat, thesaurarij etiam, si modò idoneus sit, fungatur officio.

Confessarius, præfectus studiorum, qui ite bibliothecæ curam gerere poterit.

Præceptores tot, quot ad earum classiu, quas supra disposuimus, institutionem requiruntur.

In singulis cubiculis bini præfecti ex clericis ipsis à Rectore constituantur: qui eos potissimum seliget, quos longo vsu, pietate, & prudentia præstare ceteris cognouerit; disciplinæq; ac progressionis Seminarij amantes.

Eisdem pro suo arbitrio mutabit, & amouebit, vt Seminarij rationibus expedire censuerit.

In Canonica, & alijs Seminarijs foenibus, sint Vicarij ministri, qui Rectori pareant, & illi regiminis, & omnium rerum, quæ illic aguntur, rationem reddant; sicut & ministro in ijs, quæ ad eius officium pertinent.

Constituatur præterea hi decem inferioris ordinis serui: obsonator seu emptor, dispensator, Ianitor, Vestarius, qui etiam ægrorum curam gerat; cellarius, qui etiam triclinij curam habeat; famulus Rectoris, qui ab eo non impeditus, alia etiam domestica prout opus fuerit munera præstet: Pistor, scopator, qui Pistori in pane conficiendo auxilietur; coquus, subcoquus.

Hos autem Rector, eodem modo prout visum fuerit, mutabit, & è Seminario dimittet.

Ad hanc item normam dirigatur Seminarij Canonice, & eorum quæ in Diocesi sunt, administratio.

Præter hos, qui domi officia obtinebunt, conducantur duo magistri (si qui dem in Seminario ad id muneris idonei non reperuntur) à quibus in cantu, & scripture clerici erudiantur.

Medicus certus, qui egrotos curet: Chyrurgus, siue tonsor, qui venam secet, cum opus fuerit, capillos tondeat, aliaq; sui muneris officia præstet.

Ratiocinator, qui rationibus subductis summam reddituum, & expensarum Seminarij conficiat, ac in libro maiore conscribat.

Deligantur etiam, qui negotia prædiorum Seminarij procurent.

Quibus omnibus certa merces à Reuerendissimo Archiepiscopo constituitur, adhibito etiam Deputatorum consilio.

Hos autem omnes Rector ne mutet sine Reuerendissimi Archiepiscopi facultate.

Illud præcipue Sacerdotes omnes cõtendant pro viribus, vt clerici eũ finem, qui exspectatur, assequantur: ideo cauebunt, ne quid committant, quod ab Ecclesiastica disciplina, & Seminarij institutionibus alienum sit, quodve, illorum mores corrumpere queat.

Quamobrem obseruantissimi sint institutionum Seminarij, quæ de communi vita, pietate, disciplina, & moribus præscripta sunt.

Singuli onus sibi iniunctum exequantur: quod si interdum impediti fuerint, Rectorem commonefaciant.

Quotidie, nisi legitime impediti, in Ecclesia Seminarij Missæ sacrum ad præscriptum tabellæ in Sacristia asseruandæ faciant: foris autem ne celebrēt, nisi facultatem à Rectore obtinuerint.

Non recipiant, neq; alijs offerant aliquid, quod ad Seminarium attineat, etiam si esculētum, poculentum ve sit, nisi prius impetrata facultate Rectoris: neque curent rem aliquam Seminarij singularem, nisi illa ab ipso Rectore, vel Ministro fuerit concessa.

Familiaritatem Clericorum non ament, neque cum domo exierint, aliquem socium infcio Rectore deligant, vel ducant.

Cum Mediolano aliquādo discedere cogentur.

ogente necessitate acciderit, Rectorem admovent, & claves, aliasq; res ad usum domus necessarias illi, vel Ministro restituant.

Extra ædes Seminarij cibum nè capiant infcio Rectore, neque in priuatis cubiculis.

Domo egressi, ante Salutatio nis Angelicæ signum redeant.

De Officio Rectoris. Cap. II.

Illud sæpius Rector animo repetat, quàm graue suis humeris onus incumbat; cum ab eorum, qui in Seminario viuunt recta institutione, totius Diocesis reformatio pendeat.

Quapropter, vt qui illius fidei cõmissi sunt, eos e Seminario fructus percipiãt, quos ecclesia sancta, ac Tridentinum præcipuè Concilium sibi proposuit; quam diligentissimè curet, vt in se ipso eas ad viuam virtutes exprimat, quas in clericis requiret; ita vt qui illi subiecti sunt, in eo tanquam in speculo expressam videant eius vitæ imaginem, quæ illis omni studio sit effigenda: meminertq; , exemplum viuam esse Doctrinã; nec sibi minus cum taceat quàm cum loquatur, esse alios ad pietatem incitandos.

Diuinã in primis gloriæ amplificationem, clericorũ in omni virtute perfectionem semper ante oculos habeat, & ad eum finem omnes cogitationes referat, & curas.

Studeat, vt quæ ad spiritualem progressum spectant, rectè atque ordine ad ministrantur; vt quotidianæ, aut aliàs statæ exercitationes, nisi necessaria de causa non intermittantur.

Curam omnium collegiorũ eiusdẽ Seminarij primam, & præcipuam habeat.

Interrogatus à Reuerendissimo Archiepiscopo de vniuscuiusq; clerici statu, quæcunq; is scire voluerit, fideliter aperiat; præcipuè si de ordinibus ei conferendis, aut eo ad curationem animarũ mittendo Reuerendissimus Archiepiscopus cogitet; caueatq; præsertim, nè aliquid gratiæ tribuat.

Si quid alicuius momẽti, aut exequi, aut innouare necesse sit, non nisi re cum

Reuerendissimo Archiepiscopo comunicata id faciat, eiũq; auctoritatem, & consilium sequatur; quod idem seruet, si contingat aliquid, cui ipse solus occurrere non possit.

Reuerendissimum Archiepiscopum sepe adeat, etiam non vocatus; vt ab eo si quid ad Seminarium pertinens constatuere velit, cognoscat.

Nè recipiat quemquam, nec eijciat e Seminario absque Reuerendiss. Archiepiscopi licentiã; ac in clericis recipiendis seruet præscriptam in his recipiendis rationem; poterit tamen eos expellere, qui in re graui cõtumaces fuerint, aut magnum aliquod erratum, & publicum admiserint.

Curet diligẽter, vt officialibus Seminarij in ijs, quæ eorum muneris sunt, pareant omnes, ac eos qua debent obseruantia, & reuerentia prosequantur.

Si quid in ijs animaduernerit, quod vel scandalũ, asferre, vel labem aspergere Seminario possit, Reuerendiss. Archiepiscopum commonefaciat.

Obseruet diligẽter eorum mores, & in suo cuiusq; officio diligentiam; vt de statu cuiusq; Reuerendiss. Archiepiscopum docere possit; vt hinc ille intelligat, quos ministros bonos, & contra minus bonos atq; idoneos in cura Seminarij habeat; vt alteri in omni progressu ad virtutem, alteri ad mores corrigendos excitentur.

Conuocabit sæpius Præfectum studiorum, Ministrum, Præceptores, Præfectos Dormitoriorum, cum quibus ea deliberabit, quæ ad clericorum in moribus disciplina, ac studijs progressionem iuuandam necessaria, aut vtilia iudicauerit: quos etiam crebrò de singulorum viuendi ratione interrogabit.

Singulis etiam hebdomadis consultationem habeat de rebus domesticis, & de victu parando.

Pias cohortationes nonnunquam ad clericos habeat de his rebus, quas ad clericos expedire censuerit.

Interfit etiam aliquando diuinis officijs, & horis canonicis in Ecclesia Seminarij; videatq; an chori disciplina seruetur, cæremoniãq; diligẽter exerceantur.

Nonnunquam in Ecclesiâ Metropoli-
tanam, cum in ea clerici fuerint, se reci-
piat; vt illi diligentius, quæ ad cultum
diuinum spectant, exequantur.

Si quis ex clericis morbo correptus
decumbat; illum inuisit, efficiatque vt
alij pro eius valetudine recuperanda
Deo preces offerant, præsertim si peri-
culosior sit ægrotatio.

Gymnasia sæpius visitet, & quid in
ijs agatur perspiciat.

Interdum ex improviso in locum re-
creationis clericorum eat; illorum mo-
res obseruet; ac eorum, quæ aut in le-
ctione ad mensam, aut in concione ex-
tra Seminarium audierint, rationem
exigat.

Cautus sit in locis in Dormitorio di-
sponendis, & in socijs vnicuique, cum
domo exeunt, assignandis.

Diligentissimè animum intendat, vt
disciplina seruetur ab omnibus, qui in
Seminarium degunt; & in primis famu-
los in officio contineat.

Curet, vt semel singulis mensibus in-
stitutiones ad clericos pertinentes in
Triclinio legantur.

Eas ipsas omnibus clericis, qui in Se-
minarium recipiuntur, initio statim
perlegenda tradet.

Tradet etiam vnicuique; ea, quæ ad offi-
cium suum spectant, vt ad præscriptam
rationem sese omnes gerant.

Ne cuiquã facultatem concedat exeu-
di è Seminario priuata de causa, nisi ea
benè cognita, & perspecta, necessariò cõ-
cedendã esse iudicabit; nec quemquã so-
lum exire permittat, etiam Præfectum.
Qui si alia loca adierint, aut diutius ab-
fuerint, quàm fuerat illis concessa facul-
tas, domum reuersi ab eo corrigantur,
& puniantur.

Interioris portæ semper, & interdiu
Rector semper apud se clauem habeat,
exteriorisq; noctu.

Nè permittat, vt plures famuli habeã-
tur in Seminario, quàm quos Reueren-
dissimus Archiepiscopus adhibitis in
consilium Deputatis habendos censue-
rit; nec ijs mercedem det ampliorem,
quàm sibi fuerit præfixita.

Ne famulum quempiam in familiam
describat, de cuius vita, & moribus non

habeat probabiles testificationes.

Nihil permittat sine consensu, & ap-
probatione sua in Seminario fieri.

A Ministro crebrò intelligat ratio-
nem, & diligentiam, quam adhibet in ra-
tionibus, atq; expensis cognoscendis.

Eius quoq; erit totius familiæ occu-
pationes, & necessitates cognoscere, &
vnicuique prospicere.

In pretijs rerumq; æstimationibus
cognoscendis, homines, qui in his rebus
magnum vsum habeant, iudicioq; va-
leant, in consilium adhibeat.

Singulis annis sæpius visitet prædia,
& bona omnia ad Seminarium spectan-
tia; ac si quid magni alicuius momenti
repererit, antequam remedium adhi-
beat, rem totam Reuerendiss. Archie-
piscopo, & congregationi Deputatorũ
consultandam exponat.

Neq; verò, vel rerum in totum annũ
emendarum, vel ædificiorum fabrican-
dorum, vel alterius cuiuspiam emolu-
menti prædijs afferendi nomine quid-
quam per se attentet; sed rem totam Re-
uerendissimo Archiepiscopo, & congre-
gationi exponat, & ex eius deliberatio-
ne pendeat.

Curet tamen, vt statis temporibus ex
Deputatorum consilio de his rebus sta-
tuatur, quæ in totum annum erunt com-
parandæ; de frumẽto, vino, oleo, lignis,
legumibus, caseo, tela, candelis, atque
alijs de hoc genere.

Circa festum Natiuitatis B. Virgi-
nis, ante Visitationem Seminarij, ra-
tiones omnes accepti atq; expensi fieri
curet; quas vbi diligenter cognouerit,
Reuerendissimo Archiepiscopo in visi-
tatione coram Deputatis rerum tempo-
ralium exhibeat.

De officio Ministri. Cap. III.

Minister, absentis Rectoris vicẽs
gerat, rerumq; ab eo statutarum
executor sit; ipsum autem oportet singu-
la propius diligentiusque circumspice-
re, atque in primis efficere, vt in suo
quique munere famuli diligentiam præ-
stent.

Eorundem famulorum paternam cu-
ram gerat; alioquin enim illi malè ha-
bebu-

debentur, unde querelæ existent quotidianæ, & famulorum mutationes; quare nihil est peius.

Inuiset sæpè cellam vinariam, promptuarium, vestiarij, culinam, & alia eiusmodi loca.

Indicem conficiat eorum, quæ ad familiæ victum necessaria sunt; quem Rectori exhibeat, ut in tempore comparari possint: res enim suo tempore empte, & meliores sunt, & viliores.

Caveat, nè in mensam cibi malè oleres, vel parum cocti, vel indiligenter cõditi inferantur.

Egrotis præcipuam charitatem præbet; eos in tempore inuisat, necessitatibusque animi atque corporis prospiciat: illudque persuasum habeat, malè cum his in utroque homine actum iri, si ipse quidquam de cura, & diligentia remittat.

Amplius circa ægros ipsos eam adhibeat cautionem, ut in valetudinarium de iudicio medici se conferat.

Per diem atque etiam noctem domum interdum circumeat, ad continendam in officio familiam; nè quid minus decens, aut contra Seminarij regulas fiat.

Viset etiam interdum vesperi portam exteriorem; an à Ianitore benè fuerit clausa; ac etiam dormitoria famulorum; an aliquis eorum sine licentia domo exierit.

Ne aliquid aliud, quàm à Rectore cõstitutum est, vel extra ordinarium, nisi ab ipso facultate habita, emi iubeat, vel permittat; ideo etiam alium librum, seu repertorium quotidianarum impensarum habeat, in quo omnia notari à dispensatore iubeat, & antequam suum librum emptor Deputatis ostendat, Minister ipse videat, an aliquid ab emptore fuerit notatum, quod in Seminario non fuerit receptum.

Habeat, & alium librum, in quo cū pro Seminario frumentum, vinum, oleum, ligna, vel quid aliud magni pretij emetur, rei cuiuslibet, & qualitatem, & quantitatem notet.

Quotidie sub noctem librum dispensatoris recognoscet, & cum obsonatoris rationibus conferet.

Norit, quantum vini quæque; cuppa ca-

piat, & cū exhausta fuerit, attēdat, an capacitati illius expensum respondeat.

Habeat item indicem vestiarij separatim rerum omnium domesticarum; rursus ornamentorum Ecclesiæ, easque res omnes anno vertente recognoscet.

Procuret etiam, ut vnusquisque Clericus per se notam in scriptis, de singulis suis rebus, quas secum attulerit, conficiat; easque res omnes Minister sibi ostendi faciat, ac inde notam ipsam penes se retineat, ne de aliqua re in discessu dubitari contingat.

Librum habeat separatū, in quo sigillatim diem, mensem, annum, nomina, cognomina, patriam, ætatem clericorum omnium, ac famulorum, qui in Seminarium ingrediuntur, & similia minutim perscribat.

Inuigilet, ut clerici omnes, vestitū, & cæterarum rerum nitorem procurent, atque ut res omnes Seminarij, quarum usus ipsis conceditur, quantum fieri possit, illesæ conseruentur, ne quidquam inutiliter consumatur.

Assistat ijs, qui secundæ mensæ accubunt, sicut & cæteris, cum à prandio, vel à cœna exeunt è Triclinio.

Inuisat sæpè Tonstrinam, dum ibi tōfores ad sunt; ac animaduertat, nè ibi clericorum fiant conuentus, sed ijtantum, qui condentur, maneant, nec ex diuersis cubiculis permixti eodem tempore accedant: attendat etiam, ut ibidem quæ ad Tonstrinam opus erunt, à famulo ad id deputato in suis locis asseruentur.

Quandoque in Clericorum capsis perquirat, an quid esculentum, pecunias, vel aliud quidpiam vetitum habeant.

Animaduertat etiā, ne quis aliquid in domo, se, vel Rectore inficio, faciat.

Habeat librum, in quo notet omnia opera distincta, quæ singuli fabri fecerint; monitumque; habeat emptorem, nè aliquas pecunias illis soluat, nisi de mandato Rectoris scriptis exarato.

Farinam etiam, quæ à molendinario conducitur, sæpè recognoscet; nè quid fraudis in quantitate, aut in qualitate committatur.

Quotiescunque Pistor farinā ad incernendum accipiet, fursur dispensatori

radi, sibi que rationem singulis mensibus reddi curet.

Animaduertat quoque, vt vestiarius linteamina, & alios pannos benè custodiat, semper que pro Seminario aliquid faciat, quod magis necessarium videbitur; monitum que ipsum habeat, nè pro aliquo quidquam se, vel Rectore infcio labore.

Si cui è Seminario discedendum fuerit, quasunque Seminarij res habeat, sibi reddi procuret.

Denique præscriptos omnes, & clericis, & cæteris familiæ Ministris ordines, sedulo ab ipsis obseruari curabit: quod sanè munus, vt facilius, ac diligentius exequi possit, ordines omnes cuiuscunque generis, vel officij domus apud se habeat sepiusque legat.

Delinquentes tum clericos, tum famulos debitis pœnis afficiat: si cui tamen pœna aliqua grauis erit imponenda, id ne faciat inconsulto Rectore.

In ijs omnibus, que ad Ministri Seminarij officium pertinent, eidem Vicarij Ministri in alijs, tum vrbis, tum Diocesis Seminarijs existentes ratione reddant; ipseque Seminarij Minister, in eisdem collegijs, an oia rectè habeant, diligenter inspiciat, & accuratè inuestiget.

De Officio Confessarij. Cap. IIII.

Confessarius Seminarij illud secum reputet, ex se, rectaque sui muneris administratione, pendere eorum, qui in Seminario viuunt, in omni virtute progressam.

Quare turpe sibi fore, nisi ita viuat, & in omni vitæ parte ita se gerat, vt ex ipso vita moribusque, omnis virtutis atque officij exempla peti possint.

Pietate, mansuetudine, humilitate, prudentia, charitate, officij sui dignitatem sustineat, auctoritatem tueatur.

Familiæ totius pax, & concordia, eius cura sit; quare animorum offensiones, si quæ suboriantur, sedare confestim omni ratione studeat.

Vitam, & mores vniuscuiusque quantum fieri possit, exploratos habeat; vt vel ad officium reuocare errantes, vel in via Domini incitare ingreßos possit.

Illud in primis, in ijs quorum confessiones audit, efficere studeat, vt eum tanquam parentem ament, ac venerentur; ideoque cum illis benigne agat, præsertim dum confitentur, (adhibita tamen ea grauitate, & auctoritate, quam munus quod gerit, & persona quam sustinet, requirit).

Sic enim maximè sibi fidem conciliabit, efficietque, vt eius consilia salutaria, libenti animo, & suscipiant, & exequantur.

Quare neminem coram alijs, præsertim Superioribus, reprehendat, nec ei culpam aliquam exprobrat.

Singulis hebdomadibus feria sexta, & Sabbato clericorum confessiones audiatur, eo ordine, vt omnibus decimo quinto quoque die Pœnitentiæ Sacramentum ministret; ijsque præterea temporibus, quibus clericis, ex constitutionum suarum præscripto infra tertia parte, in capite de pijs exercitationibus, peccata confiteri, & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscipere tenentur.

Tempus autem constituat, quo vniuscuiusque Dormitorij clerici confiteri debeant, nè vlla ordinis perturbatio suboriantur: eos verò per Præfectos moneat, vt prius se præparent, quam ad confessionem eant.

Porrò Præfectus, non omnes simul, sed quinos tantum, vel senos ad eum mittat. Confessarius autem tabellam eo tempore apud se habeat, in qua clericorum omnium nomina descripta sint, vt sigillatim confitentes signet, & non confitentes ab alijs dignoscat.

Diebus Dominicis, & festis, cum clericis sanctissimam Eucharistiam sumunt, mane vacet ijs, qui indigerint reconciliandis.

Omnium præterea, qui in Seminario viuunt: Ecclesiasticorum Confessiones audiatur, tempore Concilij definiti, & famulorum semel saltem singulis mensibus.

Diebus festis à prandio famulos omnes conuocet, eosque in Doctrina Christiana diligenter erudiat.

Quotidie vespere, postquam clerici Matutinæ meditationis rationem reddiderint, omnibus in locum constitu-

quam conuenientibus, puncta proponat proximè sequenti die mane meditanda; in quo ne dimidium horæ quadrantem excedat; nec minus perspicuitati studeat, quam breuitati.

In eorum materia deligenda illud seruet, vt Sabbato, quod Dominicam antecedit, in qua sanctissimam Eucharistiam sumpturi sunt, de eodem Myserio agat, sextis autem ferijs de Iesu Christi Passione, & morte.

Cæteris diebus Sabbati, itemq; vigilijs Ecclesiæ lege seruandis, puncta sumat ex Euangelio, quod sequenti die in Missa Ambrosianæ Ecclesiæ more pronuncietur, idque per totam Quadragesimam seruet.

Reliquis autem totius anni diebus, ex concordia Evangelica Cornelij Lanfenij sine interruptione promat, quoad vsq; ad eius finem peruentum sit.

Proponat autem in hunc modum: pronunciet primò verba Euangelij; Deinde Italicè explicet, Postremò tria inde documenta eliciat, quæ futuræ meditationis materia sint.

Studeat, modò vni, modò alteri recreationi vicissim interesse, dum clericij Matutinæ meditationis rationem reddunt.

Vicissim diebus festis clericorù congregationibus interfit, curetq; vt ab omnibus statutis temporibus habeantur.

Denuo receptos clericos, aliosq; si opus fuerit, instruat in ijs, quæ ad constitutiones Seminarij spectant, eosq; quomodo confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta suscipere, orare, Missam audire, eiq; tum Ambrosiano, tum Romano more inseruire debeant, erudiat.

Cum primùm, quis Seminarium fuerit ingressus, curet, vt totius vitæ peccata generali Confessione expiet.

Spiritualibus exercitationibus præstet, quas clerici statutis temporibus obibunt.

Multa cilicia, & disciplina sibi comparet, quas clericis, qui indigerint, accommodet.

Si cui in confessione aliquid occurrerit, quamobrem illi necesse sit, longiori temporis spatio immorari; nè a statibus confessionis occasio præbeat, Confes-

sarius hoc in aliud tempus differat, non imposita illi tunc quidem absolute, vel certè, si eum tunc absoluendum indicauerit, vt cum alijs possit sacram Eucharistiam sumere, id faciat. petita ab eo venia secum ea de re alio loco agendi.

Nihil aut ipse proponat, aut audiat à confitente ad confessionem minimè spectans: si autem aliqua institutione quæpiam indigere cognouerit, aliud sibi ad eum instituendum tempus eligat.

Si quos vitæ spiritualis amantes compererit, eis suis cohortationibus vires addat, pijs colloquijs, documentis spiritualibus, orationibus, omniq; alia ratione iuuare conetur; languentes verò, desides, & à progressibus spiritualibus abhorrentes, quacunq; ratione excitare, & ad meliorem frugem reducere studeat.

Vt autem pœnitentibus ope suo præsto esse, ac eos ad vitæ emendationem, ac progressum in virtute possit excitare, vitia quædam, & sigillatim cuilibet opposita vitio remedia in promptu habeat; maximè verò ijs vitijs aduersa quibus præcipuè obnoxios esse nouit Seminarij clericos.

Quod ad orationem, eiusq; rationem spectat, studeat quàm diligentissimè in eo, quibuscunq; rebus poterit clericos iuuare, & quibusdam regulis instruere; cogitetq; parum admodum profecturos Seminarij Clericos in spirituali progressu, maximisq; fructibus priuatos iri, si vel nulla, vel non recta ratione orent.

Quamobrem maximos atque yberrimos, qui ex oratione præsertim mentali existunt fructus, sæpius illis proponat, omniq; ratione ad illius studium, & amorem inflammare nitatur.

Imperitos etiam, & in discutienda conscientia minimè exercitatos edoceat, omnemq; præscribat examinis modum, quò illi vti debeant, eiusq; rationem ab ijs exigat.

Moneat omnes, nè vnquam sibi ipsius mortalis culpæ conscij somnum capere audeant; sed contractam peccati maculam, statim Sacramentali confessione eluant.

Omnes hoc salutari præcepto informet, ut videlicet in Matutina oratione, se ipsos Deo Opt. Max. desideria sua, omnes cogitationes, actiones eius diei, & verba offerant; cuiusq; gloriam solam in omnibus rebus sibi proponant.

Studeat in omnium mentibus maximum animarum zelum, propriæ voluntatis abnegationem, veram obedientiam, paternam charitatem inferre; internascentia optimorum beneficiorum, vel diuitiarum desideria, salutariis monitionibus extinguat, quoslibet etiam iis de rebus sermones prohibeat; solam denique illis Dei gloriam, & animarum salutem procurandam esse doceat, & expectendam.

Illud deniq; sedulo curet, ut ea quæ Seminarij constitutionibus præcipiuntur, diligenter obseruent.

Bis in anno mittatur ad Seminarium Confessor extraordinarius, cui clerici omnes confiteantur; ut si qua de causa huiusmodi nonnulli indigeant medicina, occultis animi sui morbis mederi liberius possint.

Quare illud etiã caveatur, ut qui ordinarius confessor aliquando fuerit, nè idem ad eorum confessiones extraordinariè audiendas mittatur, nisi secus aliquando Reuerendiss. Archiepisc. expedire visum fuerit iusta de causa.

De munere Præfetti studiorum.

Cap. V.
Præfetus studiorum, in Seminario, & in omnibus eiusdem, tam vrbis, quam Diocesis collegij, rei literariæ præsit.

Eiusdem munus præcipuum illud erit, ut iuvenes leges Seminarij ad studia pertinentes inuiolatè seruent.

Curabit etiam diligenter, ut quam maximam ex lectionibus, repetitionibus, disputationibus, alijsq; literarum exercitationibus percipiant utilitatem; dubia propterea, si quæ occurrerint, explanabit.

Visitabit sæpè clericos dum domi student, & quid quisq; agat diligenter cognoscat: quod si quis tempus inutiliter consumpserit, Rectorem moneat, ut poenam quam meretur, luat.

Intelligat præteres, quinam negligentes sint, quive superati fuerint in his exercitationibus, quæ diebus Sabbati domi in scholis habentur: eius vero epistolam, quæ multis partibus amalo fuerit inferior, curabit publicè legi in Triclinio, omniaq; errata, quæ in ea notabuntur. Rector autem pro negligentia, & erratorum ratione in eum animaduertet.

Ut omnes, quanta fieri poterit diligentia Lectiones audiant, eisq; operam dent, efficiat, ut modo hic, modo ille Lectiones repetat, vel recitet in Mensa.

Inquirat aliquando, an Præceptores omnes domj existentes suam diligentem manus præsentent, anq; à præscripta illis docendi ratione discedat: quamobrem gymnasia sæpius visitet, lectionumq; explanationi intersit.

Adibit etiam interdum Magistros Brardæ, & quomodo se clerici gerant, quid proficiant in literarum studijs inquirat, & si quempiam in his deficere intelliget, ad Rectorem deferat.

Quotidie intersit repetitionibus Theologorum, & eorum, qui dant operam primæ Philosophiæ; aliarum etiam repetitionum Præfetos sæpè conuocet, repetitionibusq; ipsorum aliquando præsens sit; videbitq; an rectè munus eis demandatum exequantur: quod si quid fuerit, quod ei minimè probetur, cum Rectore conferat, ut ei malo consulatur.

Singulis item hebdomadis disputationes haberi curet, quibus ipse semper intersit, & lectionem Catechismi ad Parochos habeat, cui clerici omnes semper intersint.

Curam habeat, ut clerici per ordinem in Triclinio concionentur, thema ta tradat ad præscriptum decretorij, ut in cap. de studijs præscribitur: quod si in Archiepiscopatu habedæ erunt, eas primum in Seminario recitari iubebit.

Nulla habeatur concio, aut oratio, etiam in Triclinio, neq; etiam recitentur carmina, nisi ab eo premissa: quæ omnia sciente Rectore agantur.

Idem primæ mensæ, nisi iusta de causa impeditus, tum mane, tum Vesperis accumbat.

Sæpè

Sæpè omnium libros reuifet, an illo- rum instituto apti fint, & neceffarij; li- bros verò indicis iuffa, aut legibus Se- minarij interdictos, ad Rectorem de- ferri iubeat.

In ingreffu clericorum, ad eum defe- rantur libri omnes; quos ipfe diligèter recognofcet: & fi quos deprehendet in Indice, aut à Reuerendiffimo Archie- pifcopo prohibitos, ne eos apud fe ha- bere permittat.

Sæpè Rectorem admonèbit, de ijs, qui diligentiores in studijs fuerint: ne- pligentiores item notet: vt à Reueren- difs. Archiepifcopo requisitus, eorum omnium rationem reddat.

Cum sacræ ordinationes habendæ e- ruat, eos qui mittendi funt ad examen, diligenter domi recognofcat; fi quos au- tem rudes, aut minus aptos repererit, aut inffruat fi modò poffit, aut Rectori fignificet, vt quid de illis expediat, de- liberari poffit.

Quæ ad Præceptores pertinent.

Cap. V I.

Statim horis in gymnaſium conue- niant.

Quotidianas lud exercitationes, ac ſtu- dia, pia aliquæ oratione inchoent, item- que concludant; que antequam abſoluatur, difcipuli è ludo ne miſſi fiant.

Proinde in Gymnaſio loco decet, & perſpicuo, tabella alicuius sacræ imagi- nis appendatur, ad quam ſingulis die- bus ſtatè preces fiant.

Efficiant, vt difcipuli omnes Doctri- nam Chriſtianam rectè teneant.

Si que profana aliquando exponant, ea ad rectam diſciplinam, egregiamq; morum informationem, præclaris inter- pretationibus traducere conentur; ac in ſuis explicationibus aliquid ad laudabi- lem vitæ institutionem ſemper inter- ponere ſtudeant.

Prouideant, vt in ſchola omnes locis affignatis ſe contineant.

Ne permittat eos egredi è gymnaſijs.

Caueant, nè difcipuli ſcâna incidant, aut quidquam in ijs inſcribant, ne ve ijs occultati, res inutiles faciant.

Cum ad finem alicuius libri peruene- rint, tumultu fieri nullo modo ſinant.

In verberando, caput ne cedant; nec ſine modo, aut cum ira quenquam per- cutiant.

Nihil omnino difcipulis dent ſcribè- dum ſine Rectoris facultate; nec ab ijs quidquam tranſcribi permittant, niſi neceſſe ſit, ne & tempus terant, & vale- tudini noceant.

Si quos ex difcipulis alloqui velint, ne eos in cubiculum ſuum admittat, ſed id in ſchola, aut in recreatione faciant.

Gravitate cum difcipulis vbicunq; ſint retineant.

Si quis in gymnaſium cum alijs non venerit, Rectori, aut Præfecto ſtudio- rum ſignificet.

De Officio Theſaurarij. Cap. VII.

Theſaurarius numerandi artè pro- bè teneat; ne vel in exigendis, vel in ſoluendis pecunijs labatur: ſit etiam- benè verſatus in libris rationum tra- ſtandis, itemq; in monetarum generi- bus, & vitijs cognofcendis; ne vel vitio- ſas admittat, vel non iuſti ponderis.

Deſcribat pecunias omnes, quas ip- ſe recipit, vel alijs ſoluit, cum die, men- ſe, & anno, & cum expreſſa cauſa men- tione.

Nullam pecuniam cuiquam numeret ſi- ne mandato à Cancellario Seminarij conſecto, cui à Vicario Generali, & ab vno ex Deputatis, nec non à Rectore ſubſcriptum ſit; omninoq; eidem Recto- ri ſe obedientem præbeat in hac pecu- niarum adminiſtratione.

Pecunias omnes in cubiculo Recto- ris, vbi itidè capſa aſſeruat, recipiat, eaſq; ſtatim in ea reponat.

Habeat penes ſe indicem omnium co- lonorum, & debitorum, quorum nomi- na, & cognomina diligenter perſcri- bat; vt cum tempus poſſulat, pecuniam ab eis recipere pro debiti ſolutione, & de eadem pecunia fidem illis perſcri- bere poſſit.

Mandata omnium pecuniarum expen- ſarum diligenter aſſeruet; nihil enim illi acceptum expenſum referetur, niſi ſingularum ſolutionum mandatum ex- hibuerit.

De Officio Praefectorum. Cap. VIII.

Primum eos, qui suae cure commissi fuerint, precibus ardentibus Deo commendent; ac illis omnibus in rebus praestent exemplo; caueantque maxime, ne illis aliquam offensionis causam praebant.

Superiores omni obseruantia colant, ac efficiant, ut quae a Rectore constituta fuerint, a clericis seruentur.

Sine fraude defectus clericorum Rectori significant: ac si quid de his praeterea Rector quaesierit, fideliter aperiant: ut quam facillime occurratur offensionibus, clericisque in disciplina, moribus, & studijs dirigantur.

Praefecti, mutua sese beneuolentia prosequantur.

Alter alterum moneat de ijs, quae ad illius Dormitorij administrationem expedire iudicauerit.

Cum de Dormitorio exeunt, si diutius absuturi fuerint, de eo Rectorem, aut Ministrum certiores faciant; nec verò exeant nisi iusta de causa.

Primi mane surgant, postremi vespere eant cubitum, claudantque ianuas cubuli, ac earum clauas apud se habeant, ne quisquam ipsis inscientibus possit ingredi.

Ne cum clericis suis villo modo contendant, aut contumelias eos afficiant; sed si quis contumax in parendo fuerit, ad Rectorem deferant.

Ne in Clericos sine facultate Rectoris animaduertant.

Ne quemquam priuato complectantur studio, neve in alicuius se insinuent familiaritatem; ut & omnes clerici, eos, decet vereantur, & ipsi maiore cum sinceritate, ac libertate, officij sui partes exequantur.

Si quis alium ex praefectis negligentiorum in suo munere animaduertit, ac praecipue in rebus grauioribus, eum Rectori denunciet.

Constitutiones Seminarij generales exacte teneant, ut facilius sit illis administrationis ratio: si quis eas aliquo modo violet, eum denunciet; ac ipsi praeter ceteros, ijs quam diligentissime praestent; ac si quid aliud Rector, aut ge-

neratim, aut ipsis peculiariter praecipuerit, id studiosè praestent; ut non minus exemplo, quam verbis clericos ad eadem seruanda incitent.

Quae Praefectorum munus est praestare, & ad rectam Seminarij administrationem spectant, ea ne alter in alterum reiiciat.

Curent diligenter, ut clerici, quae debent obseruantia, & reuerentia, superiores colant.

Efficiant, ut ab ijs vbicunque fuerint, modestiae ratio habeatur, publice praestent, tum maxime in Ecclesia, & in Choro.

Rectorem certiores faciant de ijs, qui eo die de cubiculo, vel de Seminario exierint; quod ut illis facilius sit, singulorum nomina in tabella descripta habeant.

Singulis diebus festis indicem conficiant, in quo nomina clericorum sui Dormitorij, qui eo die sanctissimam Eucharistiam sumpsissent, describant, eumque Rectori exhibeant.

Vnusquisque signarium apud se habeat, ut cum opus fuerit, ad accendendas lampades, si quando noctu extinguatur, ignem eliciat.

Saepe clericos in locis suis visitent, an statis temporibus orationi, & studio vacent, animaduertant.

Si quem officio suo deesse compererint, notent.

Singulis diebus, vel alternis saltem, vespere, quidquid in dormitorijs suis contigerit, scriptum Rectori exhibeant, ac singulis diebus Sabbati, quae paranda erunt in Dormitorijs, significant.

Curent, ut diligenter ab vnoquoque sternantur lecti, nec super eos vestes, libri, aut alia quaelibet ponantur; ut superpellicea singulis mensibus lauatur; vnaquaque hebdomada tonsura ad formam accommodetur.

Prouideant, ut de Dormitorio quotidie sordeseuertatur, caueantque ne tabulae frangantur, aut parietes deturpentur.

Ne permittant, ut quisquam mane, antequam signum campanae datum fuerit, surgat; curatque Vespere, ut examine conscientia perfecto, post quartam horae partem omnes in lecto sint: si quis non paruerit, Rectorem moneant.

Matu-

Matutino, & Vespertino tempore, cum clerici ad latrinas eunt, illos aliquando obseruent, studeantque si fieri possit, vt soli eant, ac ibi noctu lucernam accendi curent.

Cum aliquis ad res communes cum ceteris non conuenerit, & a communi cœtu abfuerit, si vbi sit ignorent, cum per se, aut per alium fidelẽm querant.

Si quid alicui clericorum, ad victum, & cultum, aut ad valetudinem opus esse cognouerint, superiorem moneant.

Notent eos, qui literas ad alios scribunt, itemque eos, qui nimia familiaritate inter se vtuntur, aut quos existimant in cubiculo, vel in consuetudine esse separandos, de quẽ Rectorem commonefaciant.

Temporibus orationi, & studijs dicitis, ne ambulent ipsi in Dormitorio, neque alios ambulare sinant, aut quauis ratione tumultum fieri, aut quemquam loqui non nisi urgente necessitate, idque submissa voce, & latine.

Cum aliquis a recreationis loco, aliozve cœtu discendendi veniam petet, si diutius sit absfuturus. (præterquam si ad ianuam de Rectoris licentia vocetur) potestatem ne faciant, sed ad superiorẽ pro facultate obtinenda mittant, caueat autem, nec duos vnquam solos, quouis abire permittant.

Cum animi relaxandi gratia deambulationem clericis mittantur, videant, ne tumultuosè vociferentur; ne alij ab alijs secedant; ne aliquid ad comedendum emanent; ne lapides iaciant, aut alia contra, aut præter decorum admittant; ne uis ludis vtantur, qui constitutionibus Seminarij prohibentur: Curent autem, vt moderata deambulatione corpus exerceant.

Clericos e Dormitorio exeuntes committentur, nec permittant, vt in reditu a gymnasijs, aut alio quouis loco, exercitijs se ingerant, aut cum alijs commoventur.

Nemini ad alterius locum eundi veniam concedant, nisi iusta de causa, siubi que probata.

Interdum etiam inuestigent, an Ianitores vocandi a Rectore veniam obtinuerint.

Sive in loco recreationi assignato, siue alibi clerici fuerint, ipsi præsentibus adsint.

Examine Vesperti absoluto, curent luminaria omnia; præter lampades in Dormitorio alijsque locis, extinguant.

Præfetti, qui alijs discendentibus dormi manserint, clericos omnes, qui non exierint; cuiuscunque cubiculi sint, commendatos habeant.

Si qua in re a Rectore obiurgati fuerint, æquo animo ferant, ac pœnas ab eo iniunctas promptè persoluant.

De Bibliotheca, eiusque Præfecto.
Cap. I X.

Certus constituatur in Seminario Bibliothecæ locus, vbi volumina, librique omnes asseruentur.

In ea armaria aliquot exstruantur, in iisdem libri, ac volumina, nõ aceruatim, sed ordine disponantur.

Index præterea fiat, in quo pro disciplinarum genere, aut pro alphabeti ratione, volumina singula, notentur, addito etiam loco impressionis, & forma voluminis.

Idque index certo loco in perpetuũ asseruetur, notatis etiã deinceps ordine alijs libris, quicunque in posterum eidem Bibliothecæ quouis modo accesserint.

Constituatur aut aliquis, qui eiusdem Bibliothecæ curæ diligenter præsit. Is libros oēs a sordibus incorruptos cõseruet; puluerem si quando adhaerit, excuti curet; tum etiam diligenter caueat, ne libri humiditate corrumpantur, vel a muribus corrodantur.

A Rectore etiam obtineat, vt volumina, quæ pro vetustate, carie siue obsolescent, Librario opere poliantur; dissoluta, & malè compacta conglutinentur; ab operculo nuda, asseribus, coriove tegantur.

Indicem conficiat librorum omnium, quos ex bibliotheca de mandato Rectoris ludi Magistris, aut alijs accommodabit; eosque cum reddiderint, expungat; quos autem clericis accommodauerit, eos singulis saltem sex mensibus (nisi forte citius propter alicuius discessum aliamve causam id faciendum sit) sibij

reddat.

reddi faciāt; vt vel iisdem, si ita expedire visum fuerit, vel alijs, qui indigeant, eadem vt supra constituta ratione accommodet.

Indicem vnum, vel alterum librorum prohibitorum apud se habeat; vtq; nullus eiusmodi liber in bibliotheca sit, diligenter videat; tum si quem fortē in ea comperit, emendandum ijs statim denunciēt, penes quos corrigendi facultatem esse sciēt.

De Familia inferiori. Cap. X.

Quotidie mane inferior familia statim, ac surrexerit, in templum ad Missam cōueniat, nisi fortē quis necessaria officij occupatione per id tempus impediatur.

Diebus festis post prandij præstō erunt omnes ad Doctrinæ Christianæ expositionem atq; tractationem, hora quæ eis præscribetur à Confessario.

Prima cuiuslibet Mensis Dominica die, & solennioribus totius anni festis diebus Sacrosanctum Christi Domini corpus sumant; Die autem Sabbati, aut sexta feria, prout à Confessario præscribetur, quæ primam cuiuscunq; Mensis Dominicam diem antecedit, in Vigilijs item solennium dierum, eidem Confessario peccata sua confiteantur; à quo etiam præstitæ confessionis Chirographum Ministro exhibendum accipiant.

Quod ad victum attinet, iisdem regulis teneantur, quibus, & clerici.

Domo non exeant sine Rectoris, & eo absente sine Ministri licētia; domoq; exeuntes nihil secum asportēt, neq; item in Seminarium importent, in seculo eodem Rectore, vel Ministro: cum item exhibunt, aut redibunt, eorum alteri se præsentent.

Præter ea, quæ sigillatim vnicuique ex officio incumbunt, illa omnia præstābunt, quæ à Rectore, vel Ministro iniungentur; Caueant autem, nè tempus inuisibiliter consumant.

Decoro, ac modesto vestitu semper vtantur, & nigri, aut suboscuro coloris; neq; in Seminarium recipiantur, priusquam ad præscriptam normam induti

sint, deq; habitu, moribus, & ætate à Rectore probationem obtinuerint.

Famuli, nec arma tractare, aut apud se habere, nec chartis lusorijs, aut talis, aut alio eiusmodi indecoro ludi genere ludere audeant.

Vitent pariter sermones dissolutiones, libros scurriles, & impuros, profanas cantiones, & alia id genus.

Omnes ad secundam mensam conueniant; & ad ea, quæ de suggestu pronunciantur, attenti, modestiam, ac silentijs accuratè seruent.

Nihil prorsus alicui extra Seminarium concedant, quod ad rem familiarem, & ad cibum, vel potum attinet, etiam si minimum sit, non obtenta venia à Rectore.

Ne cum clericis familiaritatem inieant; eos tamen vbicunq; omniq; tempore debito prosequantur honore.

Nihil illis sub quouis prætextu dent, vel ab eis accipiant: qui secus fecerint, graui pœna arbitrio Rectoris mulctentur.

Si in aliqua re defuerint, aut Seminarij regulas violarint, eiusdem Rectoris, aut Ministri arbitrio puniantur; contumacibusq; tum aliqua mercedis pars subtrahetur, tum iisdem etiam si opus fuerit, eiiciantur.

P A R S T E R T I A

Quæ ad Clericos Seminarij pertinent.

De Scopo Clericorum Seminarij.

Cap. I.

Adolecentes, qui singulari Dei beneficio sunt delecti, vt in Seminario instituantur, id potissimum intelligere debent, cuius gratia Concilij Tridentini decreto Seminaria instituta sint; & intelligentes, sepius animo repetere; omnesq; neruos intendere, vt illud diuina ope suffragante, ad animarum salutem, ad Ecclesiæ utilitatem, & Pastorum solatium consequantur.

Quòd si qui propter improbitatem, aut negligentiam, illud minus obtinebunt, aut quia sua ipsi sponte ab instituto Clericalis vitæ recedat, aut suo vitio à Seminario expellantur, vel Episcopo